UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

X. De Pantaeno Philosopho.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ Πανταίνου τοῦ φιλοσόφου.

Ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς, τῶν ἀπὸ παιδείας ἀνὴρ ἐπιδοξότατος, ὄνομα αὐτῷ Πάνταινος. ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνεστῶτος. ὃ καὶ εἰς ἡμᾶς παρατείνεται. καὶ πρὸς τῶν ἐν λόγῳ καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ δυνατῶν συγκροτεῖσθαι παρειλήφαμεν. ἐν δὲ τοῖς μάλιστα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαλάμψαι λόγος ἔχει τὸν δεδηλωμένον, B οἷα καὶ ἀπὸ φιλοσόφου ἀγωγῆς τῶν καλουμένων στωϊκῶν ὡρμώμενον. τοσαύτην δ' οὖν φασὶν αὐτὸν ἐνθυμοτάτῃ διαθέσει προθυμίαν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐνδείξασθαι, ὡς καὶ κήρυκα τοῦ κατὰ Χριστὸν εὐαγγελίου τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἔθνεσιν ἀναδειχθῆναι, μέχρι καὶ τῆς Ἰνδῶν στειλάμενον γῆς. ἦσαν γὰρ ἦσαν εἰσέτι τότε πλείους εὐαγγελισταὶ τοῦ λόγου, ἔνθεον ζῆλον ἀποστολικοῦ μιμήματος συνεισφέρειν ἐπ' αὐξήσει καὶ οἰκοδομῇ τοῦ θείου λόγου προθυμούμενοι. ὧν εἷς γενόμενος καὶ ὁ Πάνταινος, καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται, ἔνθα λόγος εὑρεῖν αὐτὸν προφθάσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, τὸ κατὰ Ματθαῖον C εὐαγγέλιον παρά τισιν αὐτόθι τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν· οἷς Βαρθολομαῖον τῶν Ἀποστόλων ἕνα κηρύξαι, αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι, τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι γραφήν, ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον. ὅ γε μὴν Πάνταινος ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι, τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν τελευτῶν ἡγεῖται διδασκαλείου, ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων, τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματιζόμενος.

Caput X.

De Pantæno Philoſopho.

Huc refer Niceph. c.32. l.4.

Per idem tempus fidelium ſcholæ præerat vir doctrinæ cauſa celeberrimus, nomine Pantænus, quippe jam inde à priſcis temporibus, ſacrarum literarum ſchola in ea ciuitate fuerat inſtituta: quæ quidem noſtra adhuc ætate perſeuerat, & ab hominibus tùm eloquentia, tùm diuinarum literarum ſtudio inſtructiſſimis obtineri dicitur. Sed præ ceteris omnibus ea tempeſtate floruiſſe fertur is quem diximus Pantænus, utpote qui præceptis inſtitutiſque Stoïcæ Philoſophiæ primùm innutritus fuiſſet. Tantum porrò animi ardorem erga verbum Dei idem vir oſtendiſſe perhibetur, ut Orientis nationibus Evangelii Chriſti Prædicator exſtiterit, ad ipſam uſque Indiam progreſſus. Quippe complures erant etiamtùm Evangeliſtæ ſermonis Dei, qui diuina quadam æmulatione ſuccenſi, Apoſtolorum exemplo ſtudium ſuum conferre ad ædificationem fidei & ad incrementum verbi diuini properabant. Ex quorum numero Pantænus, ad Indos uſque penetraſſe dicitur, ibique Evangelium Matthæi, quod adventum ipſius jam prævenerat, apud quoſdam Chriſti notitia imbutos reperiſſe: Quibus ſcilicet Bartholomæus unus ex duodecim Apoſtolis, olim ut fama eſt prædicaverat, & Evangelium Matthæi Hebraïcis conſcriptum literis reliquerat: quod quidem ad prædicta uſque tempora ſervatum eſſe memoratur. Hic ergò Pantænus poſt multa præclarè geſta, tandem Alexandrinæ præfuit ſcholæ: ubi partim viva voce, partim Scriptis, diuinorum dogmatum theſauros expoſuit.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ Κλήμεντος Ἀλεξανδρέως.

Κατὰ τοῦτον ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος, ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ φοιτητῇ τῶν Ἀποστόλων. ὃς δὴ καὶ ὀνομασὶ ἐν αἷς συνέταξεν ὑποτυπώσεσιν, ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί

Caput XI.

De Clemente Alexandrino.

Huc refer Niceph. c.33. l.4.

Tunc etiam Alexandriæ iiſdem cum Pantæno ſtudiis diuinarum Scripturarum incumbens floruit Clemens, priſco illi Rom. Eccleſiæ antiſtiti & Apoſtolorum Diſcipulo Clementi cognominis. qui etiam in Inſtitutionum libris à ſe conſcriptis, Pantænum præceptorem ſuum diſertè nominat. Sed & in primo Stromateon libro eundem ipſum deſignare mihi videtur, ubi præſtantiſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN